



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Nicetius Episc. 1. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

1. Octob. VITÆ SANCTORUM. 615
luptatum huc atque illuc feruntur incerti,
illius spiritus esse vitale commercium. Ho-
mo igitur ipse sibi auctor est ærumna nam
nisi quis porci more vixisset, numquam in
eum accepisset, diabolus potestatem. S. Am-
broſ. l. 6. in S. Luc. cap. 8.

S. NICETIUS EPISC. 1. Octobris.

NICETIUM prius cælum ad Sacer-
dotium, quam Pont. destinavit,
quando natus iam tunc Sacerdotale ca-
pitis decus coronam gestare visus est.
Hanc amplius deinde in ſuſa Trevirensis
exornavit, quam ubi illi Theodoricus
rex decrevit, nescio quid grave cervici
ſuſe tertium incumbere fensit. credo ut
cum illo ſcirent omnes Pontifices, in ſuſa
non tam ornementum capitis quam
onus eſſe. Sed onus hoc pares humeros
in Nicetio invenit, & contra reges etiam
fortes. Et evenit, ut cum aulæ aſſeclas
a ſacris prohibitos templo Theodoberthus
rex nolleſt excedere; homo a dæmoniſe in-
ſeffus uti virtutum NICETI, ita ſcele-
rum regis longum catalogum palam re-
citaret, ut jam rex non illos modò, ſed
omnes omnino exiſſe templo percupe-
ret. Cefferunt igitur illi ex ade ſacrâ,
mox dæmoni ex homine etiam. Sed
& in ipſos reges non ſemel fulmen
ſacrum vibravit, neque exilio, ne-
que adeò morte intentâ abſterritus.

Qq 4

At